Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26099
Copyright: Admont, Benediktinerstift



131

Ille autem habitabat in iericho. Dixerunt quoque uiri ciuitatis ad eum.
Ecce habitatio ciuitatis huius optima est sicut tu ipse domine
prospicis. sed aque pessime sterilis. At ille ait. afferte mihi
uas nouum. et mittite in illud sal. Quibus cum attulissent. egressus
ad fontes aquarum misit in illud sal. et ait. Hec dicit dominus. Sa
nauit aquas has. et non erit ultra inde mors neque sterilitas.
Habitabat inquit helyseus in iericho. Cum quo ierosolimitani. i.
iudei quibus oportebat primum loqui uerbum dei repulerunt illud
et indignos se iudicauerunt uite eterne. helyseus habita
bat in iericho. Helyseus inquam. i. dei sal habitabat in gentili
populo quando destructo atque anathematizato sicut in diebus
iosue fuit illa ciuitas iericho. Verum hanc inhabitando
fecit ut quod erat iericho. i. defectum non sit secundum indeficientis si
dei syon. Habitatio huius ciuitatis inquiunt iericho omni
no optima est sed aque pessime sunt et terra sterilis. Nempe
hoc dixerunt et uexacit dicere potuerunt quibus pessime et a
mare legis appinabant. sicut habemus in actibus apostolorum. Cum ue
nissent apostoli. et congregassent ecclesiam retulerunt quanta fecis
set dominus cum illis. quia aperuisset gentibus ostium fidei. Et
quidam descendentes de iudea docebant fratres. quia nisi circumcida
mini secundum morem moysi non potestis saluui fieri. Ac deinceps.
Surrexerunt autem quidam de heresi pharisee. qui crediderant
dicentes. quia oportet circumcidi eos. precipere quoque seruare lege
moysi. Nimirum eos quibus hoc dicebatur uba ista sunt. Ecce habi
tatio huius ciuitatis optima est. sed aque pessime sunt et terra sterilis.
Quid est dicere. Innum credere optimum est. sed observationes legis
importabiles sunt et labor inutilis est. Quid etiamuo Petrus apls
comprehans dicit. Nunc ergo quid tentatis deum imponere iugum super ceruic
em discipuli. quod neque patres nri neque nos portare potuimus.
Afferte mihi uas nouum inquit helyseus. et mittite in illud sal.